

libris ipsorum, sed non est eorum; complectitur saepius, praesertim superiore *Vol. relatam Auroram Petri de Riga*, five metricam Librorum biblicorum praecipue historicorum Paraphrasin. Atque in hoc quidem Exemplo incipitur a Prologo: *Frequens sodalium meorum*

*Post legem ueterem respira, Petre! Refulget
Lex noua. Fac uersus de nouitate nouos.*

Succedit Historia Evangelica, quae finit:

*Hic loquitur de fine Iesus, libroque Matheus
Dat finem. Petrus finit et ipse suum.*

et: *Explicit nouum testamentum. Incipit uetus sine a.* Versus hos, in quibus certus Distichorum numerus literam unam secundum Alphabeti ordinem evitat, edidit *Leyserus in Historia Poetar. et Poemat. medii Aevi* p. 705. inscripsitque *Recapitulationes utriusque Testamenti*, sed nempe novo nihil nisi ultima Particula *Sine Z* cessit. Ex haecenus dictis patet, multa in hoc Codice ceterum satis emendato deesse, quae in Exemplis *Vol. I. P. 1. a col. 327.* recensui. Ad ejus calcem litera unciali legitur: *Explicit aurora fidelini. Notarij Curie Regis: Amen.* Possessorem intelligo, *Regem* vero aut *Carolus IV. Bohemiae*, aut alterutrum Filiorum; Codicem enim ad *Bobemiam* pertinuisse probat praetexta Lacinia, in qua variae Epistolarum Formulae admodum barbarae supersunt, v. g. *Pro Libris. Filius ad Patrem. De citatione Castellani ad*

petitio &c. Solum Pentateuchum petebant Sodales, sed, ut fit, incaluit cum labore studium. Igitur absque aliis Distichis praeviis habentur hic continuo *Pentateuchus, Josue, Judices, Ruth, Reges, Tobias, Daniel, Judith, Esther, Machabaei*, tum:

Dominum. Burgenfis domino suo pro tritico &c. In his *Opauia, Olo-mucium, Duba, Lanstan* (Landstein) *Romber* (Rumburg) occurrunt.

CCXXXV.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3350 XIV. Folior. 80. 8. priori parte luculente scriptus, et rubricis enotatus, posteriori vero currente calamo, multisque vocum compendiis exhibet I. Paraphrasin metricam *Exodi, Levitici, Deuteronomii*, et post hoc *Numeri* cum *Josue*, tacito Autore, qui est *Petrus de Riga* multo perfectius utroque *Vol.* a me pluries relatus, quam quidem hic habetur.

II. fol. 48. *Sermonum* Seriem de Festis Sanctorum a die *S. Andreae* ad *Cathedram Antioch. S. Petri*; siquidem Sermones dicendi sunt, et non potius primae Sermonum lineae partitionibus in usum

sum

fum facrorum Oratorum scaten-
tes, et quandoque pro uno Festo
plures. Finis excidit.

III. fol. 64. Sermonem seu Tra-
ctatum prolixum in illud Aggaei
C. 2. v. 7. 8. *Movebo coelum et
terram — et implebo domum istam*
&c. in quod commentatur ignotus
Autor de IV. Domibus, Virginali,
Materiali, Spirituali et Aeter-
nali, Motuque mirabili, sacramen-
tali, paternali et potentiali, fatis
scholastice.

IV. fol. 75. p. 2. orditur Ex-
positio Decalogi ita: *Primum pre-
ceptum est. Non adorabis deum
alienum. Super quo debes habere
triplicem expositionem. Primo non
adorabis deum alienum, id est, a-
lienam fidem non debes habere, re-
cipere preter hanc &c. Tota ad
captum Plebeculae adcommodata.*

CCXXXVI.

E.3 Codex membraneus germ. Sec.
XIV. Folior. 258. f. max. per
duas columnas luculente exaratus,
Iconibus plurimis ruditer quidem
designatis, sed splendide expictis,
alioque colorum ornatu visendus,
primum Κρηνα illustris cujusdam
Familiae, cujus Insignia pag. 1.
conspiciuntur, antierius videlicet
Scutum album fascia rubra a dex-
tra in laevam obliquata, posterius
in longum festum parte dextra
Austriacum, parte sinistra aureum
florulentum, dein Principis *Eug-
genii de Sabaudia*, est *Paraphrasis*
illa facrorum *Biblorum* fermone
pedestri, quam rhythmis illiga-
tam indicavimus priori *Volumine*

Codd. CXXXVI. et CXXXVIII.
Patet id vel e praemissa invoca-
tione: *Herr iesu christ, vogt hy-
mellischer Herschafft. Got vnd
chünig uber alle ber. Dir dienet
was in deinem namen ye geschepf
vnd aygenschaft empfieng &c.* Suc-
cedunt Argumentum et Fontes O-
peris: *Zum ersten sagt das puch wi
got in seiner gothait was. Ee chain
geschepf von ym wardt erkant.
Darnach wie Got mit seynem wort
alle Creatur peshueff vnd wie es
Adams kinden ergieng, die sich
nach Im nyder lieffen vnd die welt
tailten. Der Herren namen über
die landt werden auch peruert. Es
sagt euch auch der namen die die
funff pucher Herrn Moysi geschri-
ben habent vnd die alt ee. (Testa-
mentum) in Latein pracht die sein
also penennett. Moyses. Esras.
Josephus. Daniel. Josue. Syrach.
Herr dauid. Salomon. Judith. He-
ster. Machabeus. Nach ettleichn
sein die pücher genant. Auch wer-
dent die genant, die die Newen
ee geschribenn habent. Paulus vnd
die Zwelfspoten die vier Ewange-
listen. vnd Jeronimus. Augustinus.
Gregorius. Ambrosius vnd pabst
Clemens. Johannes Crisostomus.
Orienes. Dionisius. Athanasius vnd
ander lerür vil die ytzunt nicht pe-
nennt werden. Sunder werden auch
genannt die di Croniken der Hai-
den In lateyn haben pracht. Jose-
phus. Egeptus (Hegefippus?)
Zwetonus. Solinus. Phynius vnd
Affricanus (Jul.) der was der erst
der die Croniken schraib. So hat
Berosus geschriben die puecher der
künig. Mamomet (Manethon?)
hat*